



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

LXI. Die Markgrafen entschuldigen sich, nicht persönlich zu diesem Verhöre erscheinen zu können.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

beri valeant vilo modo et dicti principes in hoc nullum jus ecclesiasticum recognoscunt, immo appropriant sibi decimas, in graue animarum suarum periculum et ecclesie uniuersalis prejudicium, vnde sic grauate prefate ecclesie subueniri per sedem apostolicam postulauit. Cum igitur de negotii quantitate seu ueritate plene instrui non possimus et quia ibi ueritas requirenda ubi commodius ualet elici et lucidius declarari, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus prefixo presentibus termino competenti de dicte ecclesie iniuria cognoscatis, Et si apparente aliqua occasione et tam rationabili seu honesta predicto Episcopo ad dandas predictas decimas teneantur, tunc iidem nobiles ipsas et per se soluunt et a suis solui faciant omni occasione et appellacione cessantibus, non obstante contraria consuetudine vel abusu: alias ponatis in terram eorum ecclesiasticum interdictum, vltimus si eorum exigerit contumacia per sedem apostolicam processuri, ut et prohibeatis eosdem ab omnibus ecclesiasticis sacramentis etc.

Nach dem Codex Viennensis der K. K. Hofbibliothek zu Wien (LXI der Manuser. philologica) fol. 12.

**LX. Die Erzbischöfe von Cöln und Magdeburg bescheiden die Markgrafen auf den 28. Juni zum Verhöre nach Magdeburg.**

Nobilibus et illustribus principibus Jo. et Ottoni, dei gracia Marchionibus Brandenburgensibus O. et C. eadem gratia Magdeburgensis et Coloniensis ecclesiarum episcopi, iudices a sede apostolica delegati orationes et obsequia indefesse. Litteras domini pape per omnia recepimus in hec verba: Gregorius etc. (No. LIX). Quoniam igitur mandatum apostolicum nec possumus nec volumus cum aure furda preterire, cui in omnibus et per omnia tenemur obedire, auctoritate, qua fungimur, in vigilia petri et pauli apostolorum proxime ventura ad nostram presentiam in (Magdeburg) vos citamus, locum vobis ibidem majorem ecclesiam et predictam diem peremptoriam assignantes.

Nach dem Codex Viennensis fol. 12, 13.

**LXI. Die Markgrafen entschuldigen sich, nicht persönlich zu diesem Verhöre erscheinen zu können.**

Venerabilibus dominis . . . . . ecclesiarum episcopis iudicibus a sede apostolica delegatis J. et O. dei gratia marchiones Brandenburgenses obsequium cum promptitudine voluntatis. Exposcit reuerentia vestrum, quod cum ad vestram citationem maydeburgh venire non possimus, causis rationabilibus impediti, familiarem nostrum procuratorem constituimus ad impetendum iudicias ad allegandum et si necesse fuerit ad comprobandum coram vobis de impotentia reemendi et ad appellandum, si sibi visum fuerit expediens et consultum.

Nach dem Codex Viennensis fol. 13. Die vorstehenden drei aus einem Formelbuche entlehnten Urkunden geben zwar die Namen zum Theil unrichtig an, sind jedoch ohne Zweifel aus wirklich erlassenen Schreiben entlehnt.